



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 5. Vim vi repellere licet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Deducitur 3. Eum, qui appellatione interposita ad producendos Testes inducias postulavit, & denuum productione & allegationi renunciavit, attestaciones petiit solemnitatis promulgari, etiam ab appellationis jure recessisse videtur, ut in cap. gratum c. definitur.

PRINCIPIUM V.

Vim vi repellere licet.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis violenter alium, aut bona eius inuadit, potest se, aut bona sua cum moderamine inculpate tutelæ defendere.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Si verò. 2. de Sentent. Excommunicat. & communi Theologorum consensu.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd is, qui vim patitur, bona sua legitime possideat, potest ea contra quemcunque iniustum iniuriam defendere, atque adeò si aliud medium non suppetat, vim vi repellere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui scit, alium per falsam accusationem mortem ipsi machinari, posse licitè ipsum occidere, uti, teste Lugone d. 10. de just. n. 137. communiter docentur Authores.

Deducitur 2. Licitum pariter esse opes magni momenti cum occisione alterius tueri, uti Tann. d. 4. q. 8. n. 3. L. Valq. Malderus & alii apud & cum Lug. d. 10. n. 181. docent.

Deducitur 3. Posse aliquem, qui bello iniusto ab alio laceffitur, licitè bellum contra Invasorem suscipere, & in regionem suam tueri, uti omnes Authores fatentur, ipsa praxis probat.